Quelle: http://manuscripta.at/?ID=901
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

um .x. horarum immobilis. vel rediret ad ori
entem: et tunc inchoaret diem. Quod libet autem
istorum fieret: addentur .xii. horis diei .x. hore.
Huic sensui consonat hebreus dicens. Vis
ut fiat umbra .x. lineis: an ut revertatur? In
ysaia quoque: de reditu solis ad ortum tantum agitur.
et non de ascensu umbre. Verumtamen: super librum
regum sic exponitur. Vis ut ascendat umbra
.x. lineis: procedente sole super terram per boreales pla
gas versus orientem: sicut cotidie per noctem sub terra
procedere solet: et sic completis .x. horis: statim re
deat ad locum ubi nunc est. et perficiat diem istum?
Et elegit rex: ut rediret sol ad orientem. Si enim
staret: alicui cause naturali posset ascribi. vel forte:
quia iam alio tempore factum fuerat: sicut sub iosue:
signum inauditum elegit. Et statim sol
stans in oriente: reversus est tantum per .x. lineas per
quas iam descenderat. Tunc fecit ysaias affer
ri massam ficuum. et cataplasmaverunt super
vulnus eius. hebreus magister proprie dicit. super ulcus eius.
Quidam suspicantur fuisse apostema. cuius sa
nies in cutis superficiem provocatur: siccioribus fieri
consuevit. Porro: aquila. simachus. et theodocio:
regium morbum fuisse dicunt. cui quecumque dulcia
vel sumpta vel apposita contraria putantur. et ita: dei
potencia monstrata est. cum per res noxias sanitas
est restituta. Et convaluit ezechias. et tercia die as
cendens in templum: ait. Ego dixi domine. id est dum
egrotarem: penes me cogitavi. in dimidio dierum
meorum. vadam ad portas inferi. id est non dum suscep
ta sobole quam expectabam: descendam ad inferos.
et dum hec cogitarem: quesivi a te orando: resi
duum annorum meorum. ut prius velles me patrem
fieri: quam animam expirari. Huic cantico ezechie
premittunt lxx. titulum talem. oratio ezechie re
gis iude. Sed melius est in ysaia. scriptura ezechie
regis iude. Nam in hoc cantico narravit tantum:
que cogitaverat. vel oraverat dum egrotasset. et non ora
vit in eo: nisi duobus versiculis tantum. ubi domine respon
de pro me. et in fine domine salvum me fac. De mor

te ezechie.

In illo tempore misit merodach
baladam filius baladam rex babilonis: litteras
et munera ad ezechiam. petens: ut ei socius esset. et
amicus. Nam eo tempore: rex medorum. et rex babiloni
orum. recesserant a monarchia assyriorum. sub assa
radoc. ne essent sub eo. Precipua tamen causa legationis

huius: creditur hec fuisse. Caldei vigebant in astro
nomia. nec poterant invenire secundum artem suam.
quare dies ferie in duplum protensa fuerat. et tandem
audierant: hoc pro rege ierosolimorum factum esse.
et miserunt ad eum: ut scrutarentur rei veri
tatem. Preterea: caldei adorabant solem. et mi
serunt regi munera. ut honorarent hominem
quem honoraverat deus eorum. Et letatus est ezechias
in adventu eorum. et tunc elatus est in animo suo.
nec fuit in domo sua: nec in omni potestate sua:
quod non ostenderet eis. et domum aromatum. quam
quidam tradunt fuisse cellam aromatum in templo
domini. In quam inducere gentiles nefas erat. Secundum
epiphanium vero: domus erat longissima. quam
fecit salomon iuxta descriptionem patris sui: contra
orientem syon. Et fecit occulta aditus composi
cionem longe acutitate que deprehendi ab uni
verso populo nequeat. plebi et sacerdotibus ignota erat.
Illicque posuit rex aurum et aromata que advec
ta erant de ethiopia. In ea: post sepulchra
regum erant sepulcra pontificum. et postremo:
sepulcra prophetarum. hoc secretum david et salomo
nis: ezechias gentibus denudavit. et ossa patrum
contaminavit: ex presentia prophanorum. et ab ipso
die stultus factus est. Porro: cum abissent legati:
venit ysaias ad regem. et ait. Quid dixerunt
viri isti: et unde venerunt ad te? Qui cum indi
casset ei quod quesierant: dixit ysaias. hec dicit
dominus. Ecce dies venient. et auferentur in babi
lonem omnia que sunt in domo tua. et que abscon
derant patres tui. Sed et de filiis tuis erunt e
unuchi in palatio regis babilonis. hoc imple
tum esse fabulantur hebrei: in daniele et sociis
eius. qui cum ioachim filio iosie capti sunt. Sed ve
rius creditur eos eunuchos fuisse: non corpore: sed mente.
Et respondit ezechias. Bonus est sermo domini. Sit
pax et veritas in diebus meis. Et dormivit ezechias
cum patribus suis. et celebravit exequias eius uni
versus iuda: et sepelierunt eum super sepulcra filiorum
david. id est eminentius sepulcrum ceteris fecerunt ei: causa
pietatis qua coluit deum. Ipse enim sic commendatur
in libro regum. non fuit similis ei. neque ante eum
neque post: de cunctis regibus iuda. In hoc excipi
tur david: quia nondum erat sub eo regnum iuda. Si
queritur de iosia: dicemus: quod iosias melior fuit
eo. sed iste preponitur ei in hoc: quod magnificatus est pre